

DE

VSV ANTISTROPHICORVM

IN GRAECORVM TRAGOEDIIS

DISSERTATIO

QVA

CANDIDATOS MAGISTERII

AD

SOLEMNIA EXAMINA

INVITAT

GODOFREDVS HERMANNVS

ORDINIS PHILOSOPHORVM

H. T.

PROGANCELLARIUS



Sunt quidam in veterum scriptis loci, quorum interpretatio magnam ex ea re difficultatem habet, quod incertum est, summatione scriptor ac generatim, an distincte distributeque loquutus fit. Cuiusmodi in locis, nisi aliunde verum erui potest, nihil reliquum est interpreti, quam ut videat quaeratque, quibus hominibus, quo consilio, qua cura scripta sint ea, de quorum sensu injecta est dubitatio. Huius generis memorabile exemplum existat in his, quae in Graecorum tragoeidiis τὰ ἀπὸ σκηνῆς vocabantur, tradidit. Is in Probl. XIX. 15. sic scribit: διὸ τὶς οἱ μὲν νόμοι ἐκ ἐν αὐτισρόφοις ἐποιεῖντο, αἱ δὲ ἄλλαι ὡδαὶ οἱ χοροί; η̄ ὅτι οἱ μὲν νόμοι ἀγωνισῶν ἥσαν, ὃν ἥδη μιμεῖσθαι δυναμένων καὶ διατείνεσθαι, η̄ ὡδὴ ἐγένετο μακρὰ καὶ πολυειδής. καθάπερ ἐν καὶ τὰ ἔρματα, καὶ τὰ μέλη τῆς μιμήσει ἡκολάθει, αἱ̄ ἔτεραι γνωμεναι. μᾶλλον γάρ τῷ μέλει ἀνάγκη μιμεῖσθαι, η̄ τοῦς ἔρματοι. διὸ καὶ οἱ διθύραμβοι, ἐπειδὴ μιμητικοὶ ἐγένεντο, ἐκ ἦτι ἔχοσιν αὐτισρόφους· πρότερον δὲ εἶχον. αἵτιον δὲ ὅτι τὸ παλαιὸν οἱ ἐλεύθεροι ἔχόρευον αὐτοῖς. πολλαὶ ἐν ἀγωνιστικῶν ἀδενί χαλεπὸν ἦν, ὡς εἰναιμόνια μᾶλλον μέλη ἐνῆδον. μεταβάλλειν γάρ πολλὰς μεταβολὰς τῷ ἐνὶ ὁἴσον, η̄ τοῖς πολλοῖς· καὶ τῷ ἀγωνισῃ, η̄ τοῖς τὸ ἥθος Φυλάττεσι. διὸ ἀπλάτερα ἐποιεῖντο αὐτοῖς τὰ μέλη· η̄ δὲ αὐτισρόφος ἀπλάν. αἰριθμὸς γάρ ἐστι, καὶ τῷ ἐνὶ (sic legendum) μετρεῖται. τὸ δὲ αὐτὸν αἴτιον καὶ διότι τὰ μὲν αἴπο σκηνῆς ἐκ αὐτισροφα, τὰ δὲ τῷ χορῷ αὐτισροφα. ὁ μὲν γάρ υποκριτής, ἀγωνισής. ὁ δὲ χορὸς ἥττον μιμεῖται. Et 48. διὸ τὶς οἱ ἐν τραγῳδίαι χοροὶ ἐφ' υποδωμαῖς ἐφ' υποφευγιστὶ ἀδεστον; η̄ ὅτι μέλος ἡτισαι ἔχοσι χοροὶ ἐφ' υποδωμαῖς, η̄ δει μάλιστα τῷ χορῷ. ἥθος δὲ η̄ μὲν υποφευγιστὴ πρακτικόν· διὸ καὶ ἐν τῷ Γηρεύοντι ἡ ἔξοδος καὶ η̄ ἐξόπλισις ἐν ταύτῃ πεποίηται· η̄ δὲ υποδωμαῖς μεγαλοπρεπέστερη καὶ σάσιμον· διὸ καὶ κιθαρῳδικωτάτη ἐστι τῶν ἀγμονιῶν· ταῦτα δὲ ἀμφω χορῷ μὲν ἀνάρμοσα,

τοῖς δὲ ἀπὸ σκηνῆς οἰκείότεροι· ἐκεῖνοι μὲν γὰρ θέσων μιμηταῖ· οἱ δὲ θήγεμόνες τῶν σεχαίνων μόνοι ήσαν θέσεις· οἱ δὲ λαοὶ, ἄνθρωποι· ὡντὶς ὁ χορός, διὸ καὶ σέμορθει αὐτῷ τὸ γοεῖδον καὶ ησύχιον θέσις καὶ μέλος· ἀνθεωπικὴ γάρ. τοῦτα δὲ ἔχονται ἄλλαι σέμονίαι· μῆσα δὲ αὐτῶν η ὑποφρεγυΐτι· ἐνθεσιαστὴ γάρ καὶ βαυχική κατὰ μὲν δὲ ταῦτην πάσχομέν τι· παθητικὸν γάρ οἱ αἰσθεῖται μᾶλλον τῶν δυνατῶν εἰσι· διὸ καὶ αὐτη σέμοττει τοῖς χοροῖς. κατὰ δὲ τὴν ὑποδωριτικὴν καὶ ὑποφρεγυΐτι περιττομέν· δὲ οὐκ οἰκεῖον ἐστι χορῷ· ἐτί γάρ ὁ χορός ηδευτῆς ἀπεκτοτος· εἴνοισαν γάρ μόνον παρέχεται οἰς πάρεστι. Αρρεπετοί τοις λοιποῖς Aristotelem, tamquam si haec, quae απὸ σκηνῆς vocantur, numquam, chori autem carmina semper antistrophica fuerint. At neutrū verum esse, ipsae Graecorum tragœdiae docent, in quibus chori quidem carmina etiā pleraque in antistrophas descripta sunt, at quaedam tamen non sunt antistrophica; in histriōnum autem de scena canticis numeri destituti antistropharum aequalitate pene rarius, quam antistrophae, inveniuntur. Hanc igitur repugnantiam, quām nec tragicorum exempla removeri, neque Aristoteles ignorantiae insimulari possit, apertum est non posse aliter componi, quam si hunc negligenter loquutum existimēmus. Id ipsum vero ut statuamus, ipse ille problematum liber admonet, qui ea contineat, quae Aristoteles non in aliorum, sed in suum usum, neque explicate, sed concise, ut quae alibi fusius tractaturus esset, litteris mandavit. In quam rem luculentissimum documentum haec ipsa de choris et histriōnum canticis quaestio praebet in problemate 30. quod etiam cum perversitate orationis concisum est. Sic enim scribit: διὸ τι ἔτε υποδωριτικὸν γάρ τοις η ὑποφρεγυΐτις εἰς τραγῳδίαν χειριόν; η δὲ τι ἔτε αντιστροφον, ἀλλ' απὸ σκηνῆς μιμητικὴ γάρ. Quae quām ita sint, non videtur dubitandum esse, quin de choris, quae plerumque fierent, de histriōnum canticis autem, quae horum pene propria essent, commemo-raverit.

Sed operaे pretium est, praefantissimi scriptoris adnotatio-nes accuratiū considerare, si forte ad illud aliquid conferant, ut ubi locus sit antistrophicis, ubi non sit, intelligatur. Aliter enim verendum foret, ne criticorum quo quis circumspectior ac timi-dior est, antistrophica, saepissime librariorū aberrationibus

obscu-

obscurata, restituere propter Aristotelis testimonium formidatius esset; quo quis autem animosior atque audacior, frequentem usum antistrophicorum praetexens, ideoque constare sibi tragicos debere opinatus, etiam haec, quae non sunt antistrophica, violentius in responsionis proportionem coactus. Et in hanc quidem partem nunc a quibusdam peccari videmus: in alteram ante-hac magis peccabatur, et saepe a praefantissimis criticis, ut ab novissimo editore Euripidis, R. Porsono, qui quām aliis in locis aperta non vidi antistrophica, tum in Oreste v. 1346 — 1359. quibus respondent v. 1551 — 1564. et in Phoenissis nbi quām parum caute v. 632. 633. ordinem verborum mutaverit, si id paullo post faciendum animadvertisset, manifesta deprehendisset antistrophica. Nam strophe sunt v. 687 — 693. inde antistrophe. Sed versus 688. post v. 689. collocandus, scriptura in hunc modum correcta: Καὶ σὲ τὸν περομάτορός Ποτὶ ἘπαΦον, Διὸς γέγεθλον, ἕτες ἔκγονον: quae correctio egregie firmatur lectionibus duorum codd. Flor. quorum alter ἕτες τὸν ἔκγονον, alter ποτὶ ἘπαΦον ἔκγονον habet. Harum lectionum notitiam debo Augusto Matthiae, viro celeberrimo, qui qua est comitate, rogatus a me, lectiones in locis quibusdam Euripidis, quos ei indicaveram, (indicaveram autem plerosque eorum, de quibus in hoc libello disputabitur) e cod. Guelf. et Flor. iis, quorum enumeratio facta est in Lipsiensis editionis vol. III. p. X. seq. mecum communicavit. Horum ille codicum collationes, Weigelii sumptibus factas, praeciarum habet novae Euripidis editioni, quām parat, praefidium. Id quod vel ex his speciminibus, quorum in hac dissertatione mentio fiet, aestimari poterit. V. 690. f. scribe ἔκάλεστι, ἔκάλεστι ἡ βαρβάρος θεᾶ, ἡ βαρβάρος (sic unus Flor.) σὺν vel βαρβάροσιν ἐν λιταῖς: et v. 695. καὶ σὺν, φίλα; v. 699. antem restitue augmentum temere a Porsono deletum, et scribe, πέμπτε πυρφόρες Θεάς, ἄμυνε τὰς γὰς.

Sed redeo ad Aristotelem. Quod si summam eorum, quae hic adnotavit, comprehendimus, hanc eius sententiam esse patet, quae actuosiora sint, carere antistrophis; quae autem tranquilliora et magis composita, habere antistrophas. Haec quidem ut in universum pro veris habeamus, ipsa rei natura suadet: sunt

tamen

tamen, quae regulam istam non uno modo restringant. In quo genere quae equidem observavi, nunc expromam, quo et ipse si possum, aliquid lucis huic quaestioni afferam, et alios, ut idem facere studeant, excitem.

Ac primum etiam chori carmina, raro tamen, inveniuntur, quae antistrophis careant. Illustre exemplum, et quod eximie confirmet Aristotelis sententiam, apud Sophoclem exstat in Trachiniis a v. 205. Verissime enim scholia stes: τὸ μελιδάργον ἔντεσι σώσιμον, ἀλλ’ ὑπὸ τῆς ηδονῆς δέχεται. Nam statim antistrophicis scripta sunt omnia: hoc vero carmen, ut quod actuosius sit, choro ob instantem Herculis redditum ad exsultantem laetitiam excitato, recte caret antistrophis. Praeterea, quod de omnibus huiusmodi carminibus dictum volo, haec non ab universo choro omnia, sed a diversis chori partibus cani videntur: quae ipsa res plus habet motus et actionis. Alia, sed non plane tamen dissimilis ratio est, quum carmen choricum propterea non est antistrophicum, quia pro epodo vel proodo vel mesodo haberri potest. Sic in Prometheus, quae chorus a v. 688. canit, videntur epodus esse, quae ad praegressa cum proodo antistrophica spectet.

Magis implicita ratio est illorum, quae histriones de scena canunt. Atque ad antistrophicorum usum nihil videtur interesse, utrum unus histrio, an plures alternis, an unus pluresve cum choro per vices strophas recitent: illud tantum spectatur, ut si maior quidam motus exprimendus est, id nunc per antistrophica fiat, ordine stropharum artificiosius, sed non sine lege tamen, instructo; nunc per ἀνομοίσησην, sed ita, ut singulae strophae modo unius numeri perpetuitate decurrant, modo e variis, sed notis et usitatibus metris compositae sint, modo similitudinem quandam vel numerorum vel catalexeos habeant. Quod cur ita instituerint tragici, intelligi potest ex eo, quod scribit Aristoteles, quae non sint antistrophica, difficultius quam antistrophica disci. In ea ratione enim, qua ἀνομοίσησην dixi comparata esse, satis manifestum est studium minuendae ictius difficultatis. Deinde vero interdum, duabus, quas iudicavi, formis in unam coniunctis, ἀνομοίσησην miscuerunt antistrophicis. De his tri-

bus

bus formis quo certius constet, singularum exempla quaedam afferam, eaque talia, quorum ratio nondum ab aliis explanata est. Brevitatis caussa vero non ipsa adsoribam carmina, sed indicabo tantum, ex quibus strophis constent, et quomodo, quae corrupta sunt, emendanda videantur. Depromam autem exempla ista ex Euripide, ex quo illa certe, in quibus ἀνομοίσησην sunt, solo afferri possunt. Horum enim usum in histrionum quidem canticis antiquior tragœdia, i. e. usque ad Olymp. LXXXIX, si certa capi ex superstibus fabulis coniectura potest, videtur ignorasse.

Igitur ut ab his ordinari, quae antistrophica sunt, in universum tenendum est, horum usum in Graeca tragœdia tam late patere, ut eorum investigandorum quamvis molestem laborem nullo in carmine defugere criticus possit. Nam et pleraque tamen distincta sunt antistrophis, et saepe responsionum vestigia adeo vel obscura sunt, vel Icripturae vitiis oblitterata, ut etiam diligentissimam attentionem eludant. Idque tanto solet facilius accidere, quod saepe aut ordo stropharum valde implicitus est, aut numeri in magna similitudine nimium dissimiles videntur, aut fines non sunt orationis terminationibus satis discreti. Hoc, quod postremum commemoravi, praecipue in brevioribus strophis fieri videmus, cuius generis duo sunt in Hecuba exempla. Nam quae in ea fabula Polymestor a v. 1047. et 1079 ed. Pors. quam in his ubique sequar, canit, vix dubitari potest quin sint antistrophica. Ac priorem quidem locum sic in strophas suas describendum puto. V. 1047. proodus est. V. 1048. Stropha α. V. 1049. 1050. quorum posterior e dochmio et Cretico constat, Stropha β'. V. 1051 — 1054. Stropha γ', in qua πολαύ, η τάνδ', η ταύταν scribendum, nisi pro ταύταν malis κείνευ, quod scholia stes videtur habuisse. Deinde vocabulum Ἰλαῖδας, quod, quo cumque modo metra describas, numerum turbat, ut interpretationem, delendum puto. Mox, ut a me editum est, τάλαιναι κόει, τάλαιναι Φευγῶν legendūm. V. 1055. ubi e vestigiis lectionis Aldinae λω λω, ω κατάρατοι reponi debet, et v. 1056. systema sunt anapaesticum, quod littera Δ notabo. V. 1057 — 1059.

1059. strophā δ , cuius secundus versus interiūt. V. 1060. 1061. iterum systema Δ , in quo σίγα ex Aldina geminandum. V. 1062 — 1065. in quo ω τάλας scribendum, antistropha γ , versibus ad modum strophae dispositis. V. 1066. 1067. tertium systema Δ . V. 1068. 1069. antistropha β' , e tribus dochmiis et Cretico, sic scribenda: σφαντάν νοι τε φοινιαν δαΐτ, ανήμερόν τ' ἔσελαν ἐκβολάν. Οὐρέστιον habent Ald. et aliqui codd. V. 1070. ubi scribe, ut a me editum est, πᾶς σῶ; πᾶς βῶ; πᾶς κάρψω, quam emendationem confirmavit codex Paris. G. apud Porsonum, antistropha α . V. 1071 — 1075. antistropha ϵ , in qua ναῦς, quod interpretis est, delendum, et νείσμασι scribendum est, versibus ad strophae exemplum descriptis. Universi carminis haec conformatio est, ut primariae sint strophae γ , ϵ , γ , ϵ , ab se invicem systemate Δ discretae: γ . Δ . ϵ . Δ . γ . Δ . ϵ . Simili modo idem versus ter positus in Herc. fur. 1175. 1177. 1179. meae ed. et quinque heroici in Soph. Trach. 1009. 1018. 1030. Iltis vero strophis accedunt strophae α , β' , β , α , ita quidem, ut, α , β' , ante primam illarum, β , α ante ultimam collocatae sint: περιώδ. α . β' . γ . Δ . ϵ . Δ . γ . Δ . β' . ϵ . Quarum si duo paria, quae litteris γ , ϵ , α , β' , notata sunt, curvatis in dimidiatum circulum lineis, ut in praefatione ad Herculem furentem monstravi, aliquis coniunxerit, lex et ratio ordinis clare perspicietur.

Alter locus, quod etiam Seidlerus intellexit, ita describens est. V. 1079 — 1081 strophā α e dochmio, Cretico, et duobus dochmiis V. 1082. in quo utrumque ω in ω mutandum, strophā β' . V. 1083. 1084. strophā γ , ex tribus versibus, Βοῶν, Βοῶν ἀντῶ, Βοῶν ω ἵτ, ω ἵτ, Μόλετε πρὸς θεῶν. V. 1085. mesodus. V. 1086 — 1088. antistropha γ , deleto altero δενά, nisi quis malit in strophā ante μόλετε repēti ω ἵτ. V. 1090. qui ante v. 1089. collocandus est, antistropha β' . V. 1089. 1091 — 1092. antistropha α . quae deleto εἰς verbis υψητές μέλαθρον finitur. Inde epodus est, e dactylicis numeris ab ultima verbi αφίσιν syllaba in dochmios deflectens. Forma carminis simplex est: α . β' . γ . μετωδ. γ . β' . α . επωδ.

Si nullima ratione conformatum est aliud carmen, quod in eadem fabula a. v. 684. sed aliquot viis contaminatum legitur. Et primo quidem nullae sunt hic chori partes, cui quae tribuuntur, ancillae verba sunt. Quin versus 107. in septem codd. Flor. ancillae est. Versus 684 — 687 proodus sunt. Eam duo sequuntur trimetri, prior ancillae, alter Hecubae, quam stropham α numeramus. V. 690 — 692. sunt strophā β' , e dimetro dochmiano et trochaeis in dochmum desinentibus, in quo dele μ . V. 693 pro strophā γ est. Hunc excipit strophā δ v. 694 — 696. in qua Seidlerus, qui responsiones stropharum β' et δ detexit, ω τέκνον, ω τέκνον scribendum, et verba τίνι μάρω θυμόκαις, ut ε Bacchis v. 1041. illata, delenda censebat. Hoc postremum mihi quidem parum probabile videtur, potiusque in antistrophae initio ω μι, ω excidisse putem, nisi quis versiculum α αι κανῶ, quem quidam libri post v. 692. habent, istuc transferre malit. Ita aut in strophā semel ω τέκνον, aut in antistrophā αι αι αι κανῶ, vel αι αι ω κανῶ scribi poterit. Versus 697 — 699. strophā sunt ϵ , sed insigni illa vitio laborans. Nam et annoītam, ut nuncii officio praeeditam, non nisi trimetris iambicis uti decēbat, et in Hecubae verbis satis ambiguum est vocabulum ἐκβλητον. Denique metrorum comparatio perturbatum esse versum ordinem docet. Quare Hecubae tribuendus est v. 699. et collocardus ante v. 698. ut sic procedat oratio: εν φαμάθῳ λευχῃ ἐκβλητον, η πεση-
πα φοινις δρός; Sequitur v. 700 — 702. antistropha ϵ , cuius in medio versu aut ω μοι, aut ω μοι μοi scribendum. Ultimum versum recte sic emendavit Seidlerus: εμαθον ἐνύπνιον δψιν διμάτων εμῶν. Idem recte in antistrophā β' , quae continetur v. 703 — 706. corrigit, ε παρέβα με φέρων, et αἱ φι σὲ, τέκνον. Inde v. 707. est antistropha γ . V. 708. 709. de quibus supra dixi, antistropha δ'. V. 710: 711. antistropha α . Denique v. 712 — 715. epodium constituunt. Ac versus 712. in quo etiam Guelf. et septem Florentini εχόσι εδ' habent, non potest dubitari, quin dochmiaus fuerit, scribendus, ut iam in praefatione ad meam Hecubae editionem p. XV. indica-
vi, εχόσι, εδ' αινετά τι δίκος ξένων. Stropharum hic ordo est:
περιώδ. α . β' . γ . δ . ϵ . δ . β' . γ . δ . α . επωδ.

In eadem fabula duo alia sunt *απὸ συνής* antistrophica carmina, quorum primi responsones Seidlerus recte ita constituit: v. 59 — 67. proodus sunt: v. 68 — 72. stropha *α*, in qua τι ποτ' ἀρ̄ομαι scribendum, ut etiam Erfurdtio placebat: tum v. 74. 75. (nullus enim versus 73. in ed. Porf. numeratur) stropha *β*: inde v. 76 — 81. antistropha *α*, cuius primum versum ita scribendum suspicor, Φοβερὰν ὁψιν ἴδον, μαθού, ἐδάνη: porro v. 82. — 89. stropha *γ*: v. 90. 91. antistropha *β*: denique v. 92 — 99. antistropha *γ* cuius in primo versu, qui monometer est, solus per se constans, οἰκτεῶς geminandum videtur. Ordo stropharum planus est: *α. β. α. γ. β. γ.*

Paullo post, a v. 156. aliud est in anapaestis antistrophicum systema, cuius facilis fuisse restitutio, nisi tamdiu insigniora quaedam vitia delituissent. V. 156 — 170 sunt stropha *α*, cuius finis ita scribendus: Ἡ δάιμων ἔστι ἐπαργωγος; ἡ τέωσες, ὡς πάντας ἐνεγκλησαι. Πήματ' απωλέσατ', ὠλέσατ' ἐκ της μοι βίος Ἀγασός ἐν Φάσι. Sequitur v. 171 — 176. stropha *β*, cuius primus versus dimeter acatalecticus, secundus catalecticus est, reposito γηραιῷ; ultimus, deleto altero ἔξελθε, dactylicus: οἴνων· διε ματέρος αὐδαν, ad quem versum alludit Aristophanes Nub. 1166. Br. Reliqua, quae v. 176 — 178. leguntur, ut male hic posita esse statuamus, colloquii ratio suadet, metrum vero etiam evincit. Nam post illum, quem apposui, versum dactylicum statim est stropha *γ* v. 179 — 181. in qua nisi ἡ extra stropham est, alterum μάττερ delendum. Qui sequitur Hecubae versiculos, 182. reliquias continet strophae *δ*, quae ex his, quae v. 176 — 178. de lenda esse significavi, sic integranda est: Ἡ τέκνον, ὡς εἰδῆς, οἶνον· Αἴω Φάμαν πρεὶς σᾶς ψυχᾶς. Ἡ μοι τέκνον. Finitur haec stropha verso 184. in quo, nisi in antistrophico τι δὲ τόδι scribendum est, αἱ αἱ in ἐ ἐ mutari debet. Sequitur statim eius antistropha v. 185 — 189. in qua v. 188. ὡς delendum. Proximae sunt stropha *ε*, v. 191 — 193. et eius antistropha v. 194 — 196 in quo dele posterius μοι. Tum est antistropha *γ* v. 197 — 199. in qua πρεὶς expungendum. Hanc excipit antistropha *α* v. 200 — 214. in qua v. 203. 204, ita videntur corrigendi esse, Αἱ αἱ,

λώβαν

λώβαν ἐχθίσαν, Αρέηταν τὸ δέστεν δακμαν. V. 214. dele articulum. Postrema est antistropha *β* v. 215 — 219. Ordo stropharum satis simplex est: *α. β. γ. δ. δ. ε. ε. γ. α. β.* Personarum inversa responso est, ut quidquid in strophis Hecuba dicat, id in antistrophis habeat Polyxena, et vicissim.

Carminis non antistrophici memorabile exemplum exstat in Oreste a v. 971. Ibi quum Electra v. 949 — 970. legitima recitasset antistrophica, a v. 971. numeris utitur, qui vel eo, quod superioribus numeris valde dissimiles sunt, mutari omnem carminis conformatiōnē produnt. Ac potest hic locus exemplo esse, componi talia carmina potissimum e systematis, quae utut inter se similia sint, tamen aliquid habeant apertae dissimilitudinis. Et hic quidem praecipua dissimilitudo in terminationibus systematum est: alibi extrema congruunt, initia autem vel mediae partes discrepant. Initium carminis hic e diversis est numeris compositum: Μόλοιμι τὰν Οὐρανὸν μέστην χθονός τε τεταμένου Αἰωνίασι πέτραν Χρυσέοισι Φερομένου Διναισι βῶλον ἐξ Ολύμπου. Omisi multorum codd. auctoritate καὶ, quod alii post ἔχαν, alii post μέσον addiderunt, et reposui τε quod ob sequentem syllabam exciderat. Delevi etiam ineptum vocabulum ἀλύσεσι, quae interpretatio est, ad αἰωνίασι adscripta, et proinde χρυσέοισι ex cod. Aug. C. pro vulgato χρυσέαισι scripsi. Mox v. 976. Porsonus servare debebat librorum scripturam αἰωνίασω, quod idem metri genus v. 981, redit: solent enim eosdem numeros in his carminib⁹ iterare. V. 977. praetulerim πατρὶ γέγοντι, ut duo codd. Mosq. duo Augustani, Guelferbytanus, ac sex Florentini habent. V. 978. 979. in unum trimetrum coniungendi sunt. V. 982 — 985. systema sunt iambicum, in quo ὄποτε, quod multi libri habent, servandum erat. A v. 986. systema est ex tribus trochaicis monometris hypercatalecticis et logaoedico: scribendum est enim λευκούμποτιν. V. 989. iterum iambicum systema incipit, in quo v. 989. μοῖρῃ scribendum, et verba λόχευμα παιμνίοισι in eum locum, quo in libris omnibus leguntur, reponenda sunt. In fine, ubi aliquid turbatum esse numeri arguunt, nullam puto leniorem inveniri medelam posse, quam ut ἐ post alterum ὄλοδι addatur: quo facto etiam

etiam constructio loci facilior erit, quum sic ēν Ἀτρέσος ποιησίαι iungenda esse appareat. Clanditur systema versu dactylico. Inde trochaicum sequitur systema, versu anapaestico terminatum: deinde dactylicum subiecto dochmiano hypercatalecto, ut in Helena v. 293. Sed in dactylico illo systemate v. 1003. post ἀμείβαι inferendum aet.

Aliud exemplum carminis, in quo nulla plane sint antistrophica, reperitur in Phoenissis a v. 101. Nam et si me non fugit, aliquas hic partes haud magnis mutationibus in responsonem cogi posse, ut v. 107. ss. et 135. ss. alias autem in fine sibi responderet, ut v. 120. seq. et 129. seq. v. 172. et 196. non spero tamen quemquam ita temerarium futurum esse, ut tam levi atque ambiguo argumento vim afferre numeris et lectioni tot codicem consensu stabilitae velit. Verum aliqua tamen est in hoc carmine, sed illa trimetrorum, quibus strophae ab se invicem dirimuntur, non stropharum, responso. Nam post primam et item ante ultimam stropham trimetri sunt tres: quos inter medii bis bini, bis quarti, tum octo; deinde bis unus, tum duo, deinde bis quini inveniuntur, ita ut et terni illi, qui extredi sunt, sibi repondeant, et qui utrumque ab his proximi sunt, ab initio bis bini, a fine bis quini, stropharum atque antistropharum loco numerentur; idemque fiat in his, qui medii sunt, sed sic, ut quasi epodi sequantur, duplicatum habentes versuum numerum, prior octo, altera duos: hac lege: α. β. β. γ. γ. Γ. δ. δ. Δ. ε. ε. α. Quae inter hos trimetros dispersa sunt ἀνομοίσθροφα, dochmiacis illa et dactylicis maxime numeris scripta, non satis recte distinctos versus habent. Ac peritiores quidem facile veram descriptionem inventi: verum tamen quaedam ex hoc genere attingam, maxime ubi lectio vitiosa est. Ac prima stropha post tres dochmios dochmum habet pyrrhichio ab initio auctum, quod genus haud rarum est. Versum 113. facile dochmum feceris, si χαλκάδετ' ἔμβολά τε scripseris: nihil tamen mutandum puto, quum etiam iambici numeri saepe dochmiacis misceantur. Illud dubium est, an comparari possit v. 189. κεραύνον τε πῦρ, qui versus contractis in unam posterioribus syllabis vocabuli κεραύνον dochmiacus erit. Rarissima quidem haec contractio est, et aliis firmanda exemplis, quam quae

quae Brunckius ad Aesch. Pers. 35. hoc traxit, sed non est tamen inaudita. V. 114. scribe λανέοιστ. V. 126. εί ε ab sequentibus verbis disiungi potest, ut diiambum sequatur dochmius. V. 146. dochmiacus numerus verbo ὄμματι incipit: νεαντας trifylabum est. V. 152. 153. in hexametrum heroicum coniungendos puto, quem sequuntur Creticus et dochmius. V. 157. alterum πς cum plurimis codd. delendum et scribendum μαργος. V. 166. dochmiacus numerus duabus postremis syllabis verbi εξανύσαιμα incipit, et continuatur usque ad finem strophae, quam claudit Creticus: sed scribendum ως ὄπλοις χρυσέοισι, γέρον, εἰπρεπής, ac deinde e plerisque codd. βολαις. Denique αλις: quamquam enim Sophocles in Trach. 835. videri potest primam in αλις corripiuisse, tamen ne plures quidem et certiores loci facile vincent, ut Euripidem praeter necessitatem purae Cretici formae solutam αλις praetulisse credam. Idem error corrigendus v. 179. Stropha, quae ast a v. 178. tota e dochmiosis constans, non modo mirifice turbatur verbis καὶ σώφρονα, sed ne exitum quidem habet tales, qualis et in hoc carmine et alibi claudendo systemati adhibetur. Quare καὶ tollendum, et pro θύναι, quae satis vetusta corruptela est, θύναι scribendum puto. Ultima stropha tria complectitur systemata, nisi horum duo posteriora pro epodo haberet malis. Sed eorum prius insigni vitio laborat, quum verbum desit, quo infinitivus δώσει regatur. Nam et ellipsis inaudita est, ad quam Valckenarius configuit, qui si habuisset, quo eam defenderet, certo aliquid attulisset; et δώσει unius codicis, Canterique δώσει emendationes sunt tanto magis in dubium venientes, quod nec numeros fanant, et scholiaстae quoque infinitivum agnoscunt. Quae quum ita sint, equidem sic olim hos dochmiacos, qui deinde Cretico terminantur, decurrille puto: δις δοξι Θηβαῖς Μυκῆναις εὔχεται Δεργαῖς τε δώσει τριάντα Ποσιδῶνος Αρυμανεῖς ὑδατι, δελεῖται πεγματῶν. Forma Ποσιδῶνος restituenda est etiam Sphoeli in Oed. Col. 1494.

Quod supra dicebam, quaedam chorū carmina, quae antistrophis carent, pro epodo vel proodo vel mesodo esse, id etiam in histrionum de scena canticis fieri solet. Sic in Oreste, quae

v. 1278 — 1303. leguntur, rectius epodum, quam carmen *ἀνομοίσχοφον* dixeris: cuius carminis propterea mentionem feci, ut indicarem vitia, quibus extrema pars a v. 1294. videtur affecta esse. Eum versum quum scholia stes metricus dactylicum dicat tetrametrum esse, apertum est, non agnoscit ab eo verbum *Φοινέτε*, quod proinde pro explicatione sequentis *καίνετε* habendum. Mox recte aliqui codd. *λιποπάτορα* et *λιπόγαμυν* habent: recte etiam ignorant *ἐπεσε*. Quare, nisi egregie fallor, hoc systema, quod e tribus versibus dactylicis, et quinque dochmias constat, hoc modo corrigi debet. *Καίνετε, θείετε, ὄλλυτε,*
πέμπτε Δίπτυχα, δίσορα πέμπτε φοῖσγανα 'Εν χερδός οἴμενοι,
Ταῦ λιποπάτορα λιπόγαμον θ' ἀ πλείστης 'Εκτανευ Ελλάνων Δόρει
παρὰ ποταμὸν ὄλομένης, ὅποθι Δάκρυα δάκνουσι συνέπετε σιδαρέοις
Βέλεσιν ἀμφὶ τὰς Σκαριώδες δύνας. Revocavi ex codd. *θείετε* et
πέμπτε, quod quidem iterandum et aptioribus locis inferendum
putavi. Hiatum in caesura dactylicorum aliquot exempla
tuentur. Deinde *δοξι* in *δέρει* mutavi, quam formam saepius
apud tragicos obliteratam esse alibi ostendam, et *ὅδι* in *ὅποθι*.

Venio nunc ad *ἀνομοίσχοφα* antistrophicis iuncta. Horum
primum exemplum praebent Troades a v. 241. ed. Musgr. in
quo carmine nisi quis multa temere mutare, et, quum nulla
reperiatur lacunae suspicio, integrum stropham, trimetrumque,
qui eam sequutus fuerit, amissum statuere velit, necessario ad
ἀνομοίσχοφα configiendum est. Et prima quidem strophe e
duobus dochmiis, praegresso pyrrhichio, constat. Scribendum
est enim *ὁ Φόβος ἦν πάλαι*, aut, si codicis Flor. apud Musgravium
lectionem γυναικες pro *Τεφάδες* praeferas, *ὁ Φόβος πάλαι*. In
secunda strophe, cui respondet sexta, v. 244 ineptum γ' eiici
debet. In tertia, quae e tribus dochmiis constat, scribe *ἔλαχε*. In
quinta, quae ex dactylo cum anacrusi ad duos dochmios deflectit, ὁ
μοι μοι. In sexta facile restitui posset dochmios, si scriberetur *ἴδωκε*:
sed vulgatum δῶνεν indicium videtur esse exquisitioris lectionis δῶνει:
ἄλεκτρον ἔχειν ζούν. In septima strophe, cui decima respondet, nu-
meri ita integrandi videntur. *ἴω, γῆπτε, τέκνον, γεθέες τε κλητίδας*
καὶ ἄπο Χρόος. Octava strophe ante duos dochmios tribrachum
habet,

habet, nona spondeum ante unum dochmum. In initio undeci-
mae, quae videtur primae respondisse, excidisse puto εε, vel τι
δε. Denique in duodecima et tertia decima, quae sibi respondent,
v. 273. scribe τι δ; η δὲ τᾶς χαλκεομίτρος, et v. 277. αἱ τεθάμονος.
Strópharum duo systemata sunt, unum ex undecim strophis, qua-
rum tres, quae sunt inter secundam et sextam, et duae, quae sunt
inter septimam et decimam, *ἀνομοίσχοφοι* sunt; alterum sistema
ex strophe et antistrophe: hoc modo: α. β'. A. A. A. β'. γ. A. A.
α. δ. δ.

Alio modo *ἀνομοίσχοφα* antistrophicis mixta sunt in Phoeni-
fis a v. 298. Ibi proodi instar sunt, quae chorus recitat v. 298
— 307. in quibus v. 302 — 304. duo dimetri sunt dochmiaci,
quorum primum praecedit iambus: scribendum autem videtur
ἀμπέτασον. V. 305. scribe ίω. Versus est trimeter iambicus cata-
lecticus. Inde tres sunt dochmii, quorum ultimus est hyperca-
talecticus in iambum. A v. 308. ubi Iōcasta loqui incipit, primo
alia proodus est usque ad v. 311. quem locum et lectionis mira
varietas, et numerorum insolentia valde corruptum esse arguit.
Vtroque indicio equidem adducor, ut sic scripsisse Euripidem cre-
dam, numero iambico in duos dochmios terminato: *Φοίνισσαν, ὁ*
νεάνιδες, Βοὸν ἔσω δόμων κλύστα τῶνδε γῆρα τρομερὰν ἔλκω ποδὶ
ὅδες βάσιν. Inde satis aperte strophe et antistrophe est, ex iambis
in Creticos definens. Ac v. 312. scribe ίω ιω τέκνον, τέκνην. Finis
strophe leviter mutantur verborum ordine et addito articulo sic re-
stituendus: *Βοσεύχων τε χαῖτας κνανόχεωτα πλόμαμον, σκιάζων δέ*
εῖνι τὰς ἐμάν. In antistrophe v. 322. dele καὶ ante χερσί. A v. 327.
aliud systema est ex epiphonemate ίω et quinque dochmios. Nam
pro τέκνος reponenda est e cod. Flor. XXXIII. praestantissima lectio,
τέκνος, ἐμὸν τέκνος. Haec vero quasi proodus est versibus 330. et
331. qui instar strophe atque antistrophe sibi respondent. Hi
dochmiaci sunt, arsi ab initio aucti: *Ἡ ποθενὸς φίλοις, Ἡ ποθε-*
νὸς Θηβαῖς. Nam neque ἢ utroque in versu delere, neque ποθε-
νὸς scribere, quo dochmaci fiant, ausim; qua forma eti Ant-
pater Sidonius ep. CX. 5. secundum cod. Vat. et M. Argentarius
ep. XXXII. 1. usi sunt, non videtur ea tamen tragicis obtrudenda
esse

esse. Epodi loco funguntur v. 332 — 334. de quorum emendatione aliter nunc sentio, quam in dissertatione de ellipi et pleonasmō p. 128. Nam quae in vulgata lectione est, nimis dura disjunctio nominis κόμας ab suis epithetis, ea suadet, ut mutatio verborum ordine dimetros dochmiacos in hunc modum restituamus: "Οθεν ἐρών τε λευκόχεος κέρωναι Κόμαν, ἀπεπλος Φαρέων λευκῶν, τέννον, Δακρύσσαν ιεῖσ' ὅπα πένθηεν." Sequitur tertia strophe v. 335. 336. cui respondent v. 345. 346 in quibus αἰὲν ex aliquot codd. ante αἰγυάτων collocandum, et σκότια, ut in eodem strophae loco, scribendum esse iam Seidlerus intellexit. V. 337 — 344. systema constituunt, cuius primus versus trimeter iambicus est, nisi quis δόμις e cod. Aug. B. scribi malit, quo versus idem habeat metrum, quod v. 347. Inde quinque sequuntur dochmii: nam v. 340. scribendum videtur, αμφιδάκητον αἰεὶ κοινέχων πόθον. Reliqua iambica sunt cum catalaxi in trochaicum monometrum hypercataleictum, quod genus satis frequens est. V. 347 — 353. systema sunt trochaicum, ad iambο incipiens et terminatum dochmio. Neque enim ἐπακτάν vitiosum credi debebat. Sequuntur dochmiaci numeri, quorum v. 354 — 356. proodus, v. 357. 358. stropham; v. 359. 360. in quo εἰσόδος scribendum, antistropham constituunt. Totius denique carminis epodus dactylica est cum iambica anaeruſi, et in dochmiacum dimetrum desinens. Ita praeter primam proodus et extremam epodium, quatuor partes hoc carmen habet, quarum prima et quarta e proodo et strophe atque antistrophe constant; secunda periodica est, ex iisdem partibus, adiecta epodo; tertia pariter e quatuor strophis, sed quarum prima et tertia sibi respondent, reliquae duae ἐπερσέφοι sunt. Quo facilius haec ratio comprehendendi possit, ea, quae sibi metris non respondent, litteris initialibus. respondentia autem minusculis indicabo: πρώτη. A. α. α. B. β. β. C. γ. Γ. γ. Δ. δ. δ. ἐπωδ.

Succedat huic carmini aliud ex eadem fabula v. 1499 — 1597. Huius quae quasi proodus est, dactylico numero recurrit, qui bis interpellatur versibus sibi antistrophicorum more respondentibus, primo dochmīis v. 1507. ubi ex Ald. et quibusdam MSS. μοι geminandum, et 1509. deinde v. 1513. et 1516. qui videutur

Adonii,

Adonii esse, primam arsin solutam habentes: ac v. 1516. lege ἀνακαλέσωμαι. Caeterum v. 1500. scribe Βοτρυώδεος, et v. 1504. 1505. κόμας αἴπ' ἐμᾶς προκόσσαν ἀνείσα τενθάς τολθ. Sequitur v. 1523 — 1528. Stropha α', post unum dochmium maximam partem choriambica, in qua v. 1524. τίς ante βάρβαρος cum plerisque codd. omittendum. V. 1525. scribe προπάροιθ'. V. 1528. post Φανερὰ excidit pes Bacchius vel amphibrachys, fortasse τάλαινα. Inde statim antistropha est v. 1529 — 1534. in cuius initio scribendum puto ίώ μοι τάλαιν'. Mox η ante δευτέρη male addidit Grotius. Sed ante ἐλάττας addendum videtur τίς αρχή. V. 1533. dele διδύμοις, quae interpretatio est optimae lectioνis αὐχέσι, quam quo iure Porsonus cum certa scilicet Musgravii emendatione αὐχήσει commutarit, Atticamque formam ξυνῳδὸς pro librorum scriptura συνῳδὸς intulerit, nunc aestimari potest. V. 1535 — 1538. stropham β' constituunt, in cuius initio ίώ videtur excidisse. In fine e codd. repone λειβομένοισιν δακρύοισιν. V. 1539 — 1541. proodus est tertiae strophae atque antistrophae. Ac v. 1539. 1540. paenicos numeros habent: v. 1541. e plurimis libris, in quibus Guelf. et omnes Florentini sunt, σπαραγμοῖσιν scribendum. Praetulerim etiam βαίλω. Sequuntur strophe γ' v. 1542. 1543. et eius antistropha v. 1544. 1545. Ac v. 1542. quum aliqui libri ματέρος, septem Florentini διδύμοις habeant, non nisi unus codex autem εὖ omittat, scribendum videtur ματέρος εὖ διδύμοις γάλακτος παρὰ μασοῖς. Exempla duarum praepositionum eidem nomini iunctarum attuli in diff. de ellipi et pleonasmō p. 202. V. 1546. epiphonema ὄτοτοι, ὄτοτοι, instar proodi est sequenti systemati dochmiano, quod quartae strophae loco numeramus. In eo v. 1546. dele σές; et mox verba sic collocā, γεραιὲ δεῖξον πότερος, Οἰδιπόδα. Verbo δώμασιν transitur in epodium dactylicam, quae dochmio terminatur v. 1551. Neque vero mirum videri debet, si in huiusmodi carminib⁹ strophae etiam in media oratione finiuntur atque incipiunt. Non est enim obscurum, in cantu, modorum mutatione facta, minime ambigua ratione fines stropharum discerni debuisse: quae modorum in media oratione mutatione eximiā quamdam et praeclarā vim habuerit necesse est.

est. V. 1552 — 1554. sunt strophae ϵ , quae e dochmio, duobus Creticis, dochmio, et ithyphallico constat. Legendum est enim, ut vulgo, γεγαιόν, et, ut multi codd. in iisque Guelf. et sex Florentini habent, πόδα δύσανον δεμνίοις λαύων. Qui ordo verborum docet, δύσανον iniuria a Porsono mendam vocari. Sequitur v. 1555 — 1558. antistropha β' , in cuius initio recte quidam codd. τι δ'. Nam με post Φῶς inserendum. In fine recte sex Flor. et Guelf. cum aliis libris οἰκτροτάτοισιν δακρύοισιν. V. 1559 — 1561. sunt antistrophae ϵ , in qua τ' post αἴθέρος, et ὄντ' post πτερὸν inserendum videtur. V. 1562 — 1566. constituent stropham ς' , in qua recte Kingius ὁ πάτερ dedit v. 1563. V. 1565. cum parte sequentis in heroicum versum coniungendus est, eique subiiciendus hic versiculos, ὁ πάτερ, ὁ μω. Exceptit hanc stropha ζ' v. 1567 — 1570. quorum priores duo, quos nunc vitiosos habemus, tetrametri esse dactylici debent. Quod si καὶ, quod a plerisque libris abest, repudietur, τὰ δ' αὐτεῖν scribendum erit, λὼ λὼ ante ὁ μω posito; sin probetur καὶ, semel posito isto λῷ, deinde legendum erit πάτην καὶ τὰ δ' αὐτεῖν. Tertius versus anapaesticus est, quartus rursum dactylicus, in quo Porsonus temere mutavit librorum lectionem Φάος, ὁ τέκνον. Inde Antigona habet antistropham ς' , terminatam v. 1575. in qua non videtur dubitari posse quin ante πνεῦ delendum sit καὶ, post πνεῦ autem dysyllaba vox exciderit. Reliqua quorumdam codd. auctoritate sic corrigenda sunt: Καὶ Φοίδιος σχετλίαιτι μάχαις ἐπὶ παιδας ἔβα σάς, Ω πάτερ, ὁ μω. Sequentur stropha et antistropha η , utraque ex duobus versiculis constans, quorum prior monometer iambicus, alter dochmiacus est. Nam v. 1576. τι δὲ κατασένεις, aliquot codd. viam monstrantibus, scribendum, et v. 1577. librorum auctoritate ἀντὶ delendum. Harum stropharum dactylica epodus est v. 1578 — 1580. in quo versu ταῦς in textum revocari debet. V. 1581. 1582. dactylica proodus est, pertinens ad antistropham δ', quae dochmiaca est. Scribendum autem videtur, δάκρυα γοερά, γοερά πᾶσιν φανερά τιθεμένα, et mox ινέτις αἴρομένα. Nam ινέτην vel ινέτην vel ινέτων, quod libri metro adversante addunt, nihil esse puto, quam adnotationem alias lectionis.

Eius-

Eiusdem strophae epodus est v. 1586 — 1588. Hinc sequitur antistropha ζ , et inde stropha et antistropha η , utraque e duabus hexanetris dactylicis. Nam in fine Porsonus temere τὰδε in ταῦτα mutavit, quum τὰδε τὰδε scribere deberet. Iam paucis de ordine stropharum in hoc carmine dicatur. Systemata sunt duo, unum ex strophis β' , ϵ , β' , ϵ , alterum inverso ordine ex strophis ς' , ζ , ς' , ζ constans. Eadem inversio in personarum vicibus est: nam ut antistropha β' Oedipi est, sic eiusdem est stropha ζ ; reliqua omnia Antigonae. Eadem ratione ante prius systema sunt strophae α , α ; post alterum autem strophae η , η . His systematis aliud iunctum est sistema, ita ut inter strophas β' et ϵ sint strophae γ , γ , cum proodo, quibus oppositae sunt inter antistrophas ς' et ζ strophae η , η , cum epodo, quoniam harum quoque inversa comparatio est. Deinde ut statim post strophas γ , γ dochmiaci cum proodo et epodo sunt, ita statim post epodium stropharum η , η totidem dochmiaci pariter cum proodo et epodo inveniuntur. In hoc vero tertio stropharum systemate personarum vices non respondent sibi, nisi in strophis η , η . Nam proodus ante dochmiacorum antistropham Oedipi est. Totius carminis conformatiōnē hi numeri oculis subiicient. α . α . β' . Γ . γ . γ . Δ . δ . β' . ϵ . ς' . ζ . ς' . η . η . H . Δ . δ . Δ . ζ . η . η .

Alia conformatio est carminis, quod in eadem fabula a v. 1724. legitur. Eius prima stropha, quae a trimetro incipit, χέρα repoſito, continent versus 1724 — 1727. In stropha β' , v. 1728. δῆ geminandum videtur, ut haec stropha e trochaico dimetro catalecticō et iambico trimetro constet: τέκνον enim etiam sensu postulante sequentibus verbis iungendum est. Sequitur v. 1730. 1731. mesodus iambica, ex qua temere expulsa sunt particulae γε et δή. V. 1732. 1733. antistropha sunt β' , cuius initium corruptum videtur, ipsis numeris arguentibus. Fortasse poeta scripsit, πόθι δὲ γηραιὸν ποδὸς ἕχος τιθηνι; Certe γηραιὸν unus Florentinorum praebet. Hinc est v. 1734 — 1736. stropha γ , in cuius medio versu, altero τὰδε deleto, adsciscendum videtur, quod plerique codd. habent, ὁ πάτερ. In ultimo manifestam interpretationem ἔχω eiice. Stropha δ',

v. 1737. 1738. quo ne personarum vices turbentur, tribuenda videtur Antigonae, cui conjecturae aliquid probabilitatis conciliat metaphrastes, qui quum τὸν γέροντα, ἐμὲ δηλονότι scribat, non videtur με habuisse. Praeterea ἐλαύνων, quod et codd. et scholiaстae tinentur, nolim in ἐλαύνειν mutari, si qua ratione defendi possit. Atqui poterit: nam si metrum antistrophicum v. 1741. consideres, excidisse initium versus intelliges. Quare non inepte, opinor, coniicias, sic poetam scripsisse, νέκυς ἐλαύνων τὸν γέροντά σ' ἐκ πάτρας. Quid innuat tam acerbo dicto Antigona, clare aperiet versus 1660. Sequitur mesodus, quae Oedipi est, v. 1739. Inde v. 1740. 1741. antistropha δ'. Hanc excipit strophe ε', v. 1742. 1743. cui adnexa est epodus v. 1744. 1745. Strophae σ', quae est v. 1746. 1747. subiecta est totius carminis mesodus v. 1748 — 1750. Hanc sequitur v. 1751. antistropha α', cuius ultimus versus, 1753. ante v. 1752. collocari debet. Quae hinc proxima est antistropha γ', v. 1754 — 1756. pridem tota tribui Antigonae debebat. Deinde sunt versus 1757. 1758. quos importuna criticorum curiositas contra plerorumque codd. fidem in trimetros iambicos mutavit, quum recte legeretur, Τάλαι ἐγώ, συγγόνες θ' ὑβρισμάτων, "Ος ἐκ δόμων νέκυς ἀθαντος οἰχεται: qui versus stropham ζ', eiusque antistropham constituant. Est autem minor interpunctio post θύσαι ponenda: nam εὐκλεᾶ etiam ad sequentia pertinet, et quidem non tam ad συγγόνες θ' ὑβρισμάτων, quam ad ea, quae his adhaerent, δι γῆς καλύψω. Mesodus sunt v. 1759. 1760. in quo σπότια scribendum. Sequuntur strophe η', v. 1761. 1762. statimque eius antistropha: tum antistropha ε', v. 1765. 1766. in qua non debebat η' τε mutari; et denique proodo v. 1767 — 1769. transitur in antistropham σ'. v. 1770. 1771. Hoc quoque carmen e duobus stropharum systematis compositum est, quorum primum e strophis α', γ', α', γ', personis accurate sibi respondentibus, constat, ita ut post stropham α' sint strophae β', β', cum sua mesodo, post stropham γ' autem strophae δ', δ', pariter cum mesodo. Et ut strophae β', β' Oedipi, mesodus autem Antigonae est, ita altera mesodus est Oedipi, Antigonae autem strophae δ', δ', quarum illa in me-

dio est. Alterum systema, strophas ε', σ', ι', σ' complectens, ita nexus est priori, ut strophae ε', σ' praecedant antistrophas α', γ'; in medio autem harum utriusque systematis stropharum mesodus sit universi carminis. Sicut autem primam secundi systematis stropham sequitur arctissime cohaerens epodus, ita ultimam antistropham eodem modo nexa praegreditur proodus. In medio huius systematis inter duo stropharum paria ζ', ζ', et η', η' mesodus est. Totum ergo carmen hanc formam habet: α'. β'. B. β'. γ'. δ'. Δ. δ'. ε'. E. σ'. M. α. γ. ζ'. ξ'. μ. η. η. ε. Στρ'.

Vnum his addam, idque nescio an omnium, quae in Graecis tragœdiis exstant, maxime impeditum carmen, in quo enodando dici vix potest quantum difficultatis multitudo partium, similitudo numerorum, implicitus ordo stropharum, copia denique vitiorum, etiam de sinceris suspicionem excitans, obiecerit. Id carmen in Oreste est v. 1363 — 1519. In eo quoniam duo sunt stropharum systemata, duae quoque praemittuntur proodi, prior v. 1363. — 1368. in qua e codd. reponit Φεδδα, Φεδδα, γα, γα; altera v. 1369 — 1373. e dochmias in iambicos cum trochaica catalexi, quae saepius in hoc carmine invenitur, deflectens. Scribendum autem videtur, η πόντου, δι Ωκεανὸς δ ταυροκέανος. O, a qua vocula iambicus numerus incipit, addit cod. Aug. D. Qui deinde primam stropham praecedit trimeter iambicus, quem ipsi strophae adnumerabo, post eum vereor magnopere ne aliis trimeter exciderit, quum antistrophae duo praegrediantur. In strophe α' v. 1375. qui verbo Φεύγυον terminandus est, dele μοι. Ab secunda syllaba nominis Ιδας duo sunt dochmii. V. 1379. scribe αγουάτιον μέλος, αγουάτιον, quae forma alibi, ut apud Plutarchum, invenitur. In initio versus 1380. amphibrachys excidit. Sequitur v. 1381. strophe β', quae dochmica est in Bacchium desinens. In ea dele cum Porsono articulos τὸ τᾶς, et cum Aldina aliisque libris alterum δυσελένας. V. 1386. ubi ḡτοτοι cum uno Florentinorum geminandum est, libera strophe est usque ad v. 1389. in quo ιπποσύνας scribendum videtur. Inde est antistropha α', in qua Ασιαδί prima longa, Βασιλέων autem trifyllabum est. Sequitur v. 1397 — 1399. systema trochaicum.

chaicum. Tum v. 1406 — 1405. strophā γ', anapaestica, adnexa epodo v. 1404. 1405. Inde rursus systema e trochaeis atque iambis v. 1406 — 1411. Tum strophā δ', dochmiaca, praegresso procelesmatico v. 1412. quae finitur vocabulo Φύγεις v. 1415. Inde strophā ε', ex amphibracho Cretica, v. 1415 — 1422. Tum strophā σ' e trimetro chori et anapaestis atque ithyphallico v. 1423 — 1428. in qua v. 1426. scribe εὐπάγη κύκλω. Hanc excipit liberioribus numeris strophā 1429 — 1435. cuius ultimi duo versus in unum dochmiacum coniungendi. Proxima huic est antistropha ε', in qua insere ὁδός ante Ὁρέστας, et paulo post scribe παλαιᾶς ἔδραν ἐστίας, λόγον ἦν εἰδῆς ἐμόν. V. 1443 — 1446. systema sunt iambicum, in quo revocanda codd. lectio ἐμελλεν, ὁ δὲ σύνεγγος. Qui sequitur trimeter v. 1447. instar est strophae ζ'. Eum excipit systema iambicum v. 1448. 1449. in quo ex quibusdam codd. ἄλλοσ' ἐν σέγοισι scribendum videntur. Succedit strophā η', dochmiaca, v. 1450 — 1452. in qua repone aliorum librorum lectionem τὰς δ' ἐν ἔδραισι. Sequentia valde turbata sunt: fortasse sic scriptis: τὰς δ' εἰσθεν δόμων ἐκεῖσ', ἄλλον ἄλλοσε. V. 1453 — 1458. sunt antistropha σ', sed parum emendate scripta. Opportune unus Florentinorum Ἰδαια μάτερ, Ἰδαια ὄβερηα. Hinc scribe: Ἰδαια μάτερ, Ἰδαια, ὁ ὄβερηα, ὄβερηα. Post alterum ἔδραιον videtur ω μοι vel αι αι excidisse. Sequitur v. 1459 — 1462. systema e trochaeis et iambis, in quo αἱ φιτοεφύγεων legendum puto, cuius scripturae mentionem facit scholiares. Aliud trochaicum systema subiicitur v. 1463 — 1468. in quo dele τὰ codicum auctoritate. Qui sequitur versus, pro strophā θ' est. In eo recte Ald. et alii libri α δ' λαχεν, λαχεν. Ei proxima est antistropha β' v. 1470. in qua et si video tertium dochmum corrigi posse scribendo σέγοισι κρυπτοε, malo tamen, σέγοισι et ordine verborum, qui in libris est, servato, κρυπτοσσα scribi: mox enim vera lectio videntur, Φυγάδι, Φυγάδι ποδι. Post alterum ἔφερεν excidisse puto ιω μοι. Verbis εις πόρας δε v. 1473. aliud trochaicum systema incipit, in quo v. 1477. restitue λαμπῶν. Idem metrum supra est, v. 1404. Tum trimeter est, quem antistropham ζ' numeramus. Sequitur v. 1480 — 1489. pars, quae, si recte sentio partim

étego-

étegoφοφος, partim antistrophica est. 'Ετεγόσφοφα sunt, quae v. 1480. qui reposito λανχά dochmiacus est, et duobus sequentibus trimetris, tum quae v. 1485 — 1487. continentur, quorum primus hic debet constitui, ἔνειντα δ' ἥλθεν; antistrophica autem v. 1485. 1484. et 1488. (ubi πύλαις scribendum) cum sequente. Inde est antistropha γ', ex quatuor dimetris anapaesticis, quam praecedit dimeter dochmiacus proodi loco, in quo δη in δε, mutandum. In anapaestorum initio pro ὅστιν scribe ὅστιν. Hanc stropham excipit systema iambicum v. 1496. 1497. quod, si hic ἔκεινται legitur plane respondet illi, quod est ante stropham η', v. 1448. Sed quum ista systemata in hoc carmine nullas habeant responsiones, cum plerisque libris ἔκεινται plene scribendum, neque v. 1449. ιππικοῖς, quod est in duabus codd. Flor. adsciscendum puto. Sequitur antistropha η' v. 1498 — 1500. in qua ἔτεκεν scribendum. Duo dehinc sunt systemata, prius trochaicum e Bacchio, v. 1501. usque ad ξυνηπασαν v. 1503. alterum iambicum, quod finitur v. 1506. In eo pro θαλάττα, quod interpretamentum videntur, scribendum puto πασάδων. Sequitur v. 1506. qui est pro antistropha θ': tum systema trochaicum a spondeo v. 1507 — 1512. Denique antistropha δ', in qua disyllaba dochmii anacrusis a nomine proprio excusationem habet. In ultimo versu ἔλαζ, ἔλαζε scribendum. Sed dicendum est nunc de lege, qua ordo stropharum continetur. Compositum est carmen e duabus stropharum systematis, quorum utrumque e duabus partibus constat. Ac prioris systematis una pars complectitur strophas α, β', Γ, δ', Ε, β'; altera, quae in medio huius est, prorsus similis illi, strophas ε', σ', Γ, ζ', σ'. Alterius systematis una pars habet strophas γ', δ', γ', δ', altera strophas η', θ', η', θ': quae partes hoc modo copulatae sunt, ut inter antistrophas γ' et δ' mediae sint antistrophae η', θ', hoc modo: γ', δ', η', θ', γ', η', θ', δ'. Est autem memorabilis quedam harum partium similitudo, quod prioris partis prior strophā et antistrophā anapaestica, posterior dochmiaca est; alterius partis prior dochmiaca, posterior anapaestica, ita ut anapaesticae sint γ', γ', θ', θ', dochmiaca autem δ', δ', η', η'. Praeterea strophā γ' habet epodium adiunctam,

iunctam, antistropha eius prooduni. Systemata vero illa ita inter se nexa sunt, ut strophae γ' , δ' mediae sint inter antistropham α' et stropham ϵ' , stropharum η' et ϑ' autem prior ante ultimam stropham secundae partis prioris systematis, posterior ante ultimam primae partis posita sit. His omnibus strophis mixta sunt ἀνομοιόστροφα e trochaicis et iambicis facta numeris, praeter strophas Γ , Γ' , quae liberiores numeros habent. Ac primo eiusmodi systema trochaicum stropham γ' et aliud stropham δ' praecedit: deinde ut unum est systema inter antistrophas γ' , η' , ita unum etiam inter antistrophas ϑ' , δ' ; porro uti duo inter strophas η' , ϑ' , ita duo etiam inter earumdem antistrophas; denique ut in prioris stropharum systematis medio duo sunt, inter quos medius est trimeter, quem strophae ζ' nota indicavimus, sic itidem duo in alterius systematis medio sunt, medianam inter se habentes antistrophan ζ' . Neque enim dubitari videtur posse, quin isti duo trimetri sibi respondeant, quum etiam nomen Φεύγεις in eadem utriusque sede sit. Etenim quod posterior chori, alter Phrygis est, id idoneam inde defensionem habet, quod Phryx eum trimetrum non ut a se ipso, sed ut a Pylade dictum recitat. Ex duobus autem illis systematis, quae posteriorem trimetrum medium habent, alterum ἐπερόστροφα et antistrophica continet: quare in descriptione totius conformatiōnis, quam subieci, hoc systema non sola littera Δ , ut caetera systemata, sed litteris $Z\Delta Z\Delta$ indicatum est: A. B. α . β' . Γ . α' . Δ . $\gamma'E$. Δ . δ' . ϵ' . ς' . Γ . ϵ . Δ . ζ' . Δ . η' . ς' . Δ . Δ . ϑ' . β' . Δ . ς' . $Z\Delta Z\Delta$. $E\gamma'$. Δ . η' . Δ . Δ . ϑ' . Δ . δ' .

Sed haec hactenus. Est enim hic libellus eo fine editus, ut Vobis, Viri iuvenes, qui idonea artium philosophicarum scientia imbuti, magisterii honores ambitis, colloquia, quibus Ordo noster Vestros in his artibus profectus exploraturus est, indicerem. Quamobrem rogo Vos, ut ante mensis Ianuarii diem XIX. qui solemnī petitioni constitutus est, nomina Vestra apud me profiteamini. Me quidem et hac in caussa, et quaecumque forte alia oblata fuerit demonstrandae meae erga Vos voluntatis opportunitas, Vestri reperietis studioſissimi.